

Passauer Anonymus,  
De secta Manicheorum

osculantur eum in posteriora adorantes. Postea stantibus vel condescendentibus eis circa columpnam subitus venit *cattus* maximus *ascendendo* columpnam ad lumen ibidem fixum, ubi aliquamdiu herens *caudam* suam quasi ad tergum retorquet, et accedunt omnes et *osculantur* eum in *posteriora*. Quo *peracto* cattus lumen *extinguit*, et statim singuli se abutuntur *invicem*, *masculi in masculos et femine in feminas turpitudinem operantes*. Et ita consumatur misterium iniquitatis.

Gregor IX.,  
„Vox in Rama“

vium postmodum discumbentibus, et surgentibus completo ipso convivio, per quamdam statuam, que in scholis huiusmodi esse solet, *descendit* retrorsum ad modum canis mediocris *gattus* niger *retorta cauda*, quem a *posterioribus* primo novitius, post magister, deinde singuli per ordinem *osculantur*, qui tamen digni sunt et perfecti; imperfecti vero, qui se dignos non reputant, pacem recipiunt a magistro, et tunc singulis per loca sua positis, dictisque quibusdam carminibus, ac versus *gattum* capitibus inclinatis: ‚Parce nobis‘, dicit magister, et proximo cuique hoc precipit, respondente tertio ac dicente: ‚Scimus magister‘; quartus ait: ‚Et nos obedire debemus‘; et his ita *peractis extinguuntur* candeles, et proceditur ad fetidissimum opus luxurie, nulla discretionem habita inter extraneas et propinquas. Quod si forte virilis sexus supersunt aliqui ultra numerum mulierum, traditi in passiones ignominie, in desideriis suis *invicem* exardentes, *masculi in masculos turpitudinem operantur*, similiter et *femine* immutant naturalem usum in eum, qui est contra naturam, hoc ipsum inter se dampnabiliter facientes.

Daß beide Quellen über denselben (angeblichen) historischen Sachverhalt berichten, ist evident. Da bleibt nicht einmal Raum für die – an sich gut mögliche – Annahme, hier könnte eine ältere gemeinsame Überliefe-